Benevolo Lectori S. P.

TRitum non minus quàm verum eſt illud Poetæ gentilis dictum:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci (Horat. Lib. de art. Poet.)

Qod cum ex Lumine Naturæ notum perque experientiam communirum ſit, dignum quod ſua phraſi repeteret, judicavit Spiritus S. Nam hoc etiam teſte, *Lingua Sapientum ornat ſcientiam, Prov. XV.* 2. hoc eſt, *aptè & commodè & opportunè ſcientiâ utitur, & facit, ut ſit gratior ac commendatior, adaptat & commendatiorem reddit, loco & tempore eam adhibens; Mercerus in hunc locum. Lutherꝰ:*